

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm||
Qvadrupedvm

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLV.

VD18 90528808

Illustration: Tab. IIII. Equus. Pferd; Cantherius. Wallach.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10966

Equus . Pferd .




Cantherius .

Wallach .







HISTORIÆ NATVRALIS DE QUADRUPEDIBUS

LIBER I. DE QUADRUPEDIBUS SOLIDIPEDIBUS.

CAPUT I. *De Equo.*

Aldrov. de
Solidipedib.
c. 1.



Brutis animantibus, quae sanguinem habent, aliis binos, aliis quatuor pedes, largita est natura. Quae tot habent, Latinis Quadrupedes, Graecis τετραποδα, Aristoteli πτεζα dicuntur, et sub tribus summis generibus continentur. *Unum est αἰσχιδες, μονόπυλον, seu μόνοπυλον, aut μονόπυλον seu μόνος, Euripidi μονόπυλον, quasi una tantum praeditum ungula, dicitur. Plinius Solidipidem, Gaza Solipedem vocavit. Alterum est, quorum pedes binis fissuris utrinque, hoc est, a parte priore et posteriore deducuntur. Unde bifidula Latini διχῆλα Graeci vocaverunt, αἰσque chelas seu forcipes pro ungulis habere, Aristoteles dixit. Τριπύριον πολυχιδες ἢ πολυδάκτυλον, multifidum, et multipliciter digitatum, quod pedes manuum nostrarum instar, multifidos habeat. Omnibus pedes ad ingressum dati sunt: sed digitata prioribus praeterea ad manuum officia uti nituntur, quod solidipedes*

Aristot. H.
A. l. 2, c. 1.

posterioribus facere, Aristoteles annotavit. Ex *Solidipedibus*: sunt *Equus, Asinus, Onager, Mulus, Monoceros, et Elephas*, de quibus ordine hoc primo libro agemus. Ab *Equo* autem incipimus, quod eius singularis sit, inter *iumenta*, quae a iuvando nostras operas Latinis ita dicuntur, praestantia. Demosthenes eum inter urbis munitiones recenset. Romani in eius emtione dena aeris millia e publico persolvebant, adimebantque bello inutilibus. Consul aut cuiusvis Imperatoris equus, phaleris exornatus, ornamentum, ut apud Halycarnassacum legimus. In multis regionibus cautum, ne quis equos extra provinciam emittat. Circassi equos plebeis permittere nolunt. M. Antonius in civitatibus sedere in equis prohibuit. Atheas Scytharum Rex ipse equum suum strigili purgabat, ut Plutarchus meminit. Andromache Hectoris coniux, manibus suis avenam et foenum Equis mariti praebebat, quod cum hisce delectari sciret. Theophylactus Lacapeni Impera-

Dionys.
Halycarn.
l. 10. An-
tiq. Rom.

psmo

A

pera-